des, & terribile Celtarum nomen, omnem invasit Italiam, donec Marium imperatorem eligentes, qui prius Libycos, Numidásque, ac Maurusios ingenti prælio devicerat, Cimbros superarunt, plurimámque illis cædem sæpenumero intulerunt, ut à me quum de Celtis scriberem, suo loco relatum est. Qua ex re debiliores jam effecti, & ob id exclusi tellure omni, multa perpessi atque inferentes damna, ad propria tandem rediere loca. Et hic finis impietatis à deo Illyriis Celtísque impositus. Nec propterea à sacrilegio impias cohibuere manus. Verùm iterum ex Illyriis Celtísque, Scordiscii præcipuè ac Medi, Dardaníque Macedoniam simul ac Græciam excurrêre, & multa ex sacris deprædati, Delphicum iterum invasere templum, pluribus ex suis tunc quoque amissis, duobus ac triginta, à prima inter Romanos & Celtas incepta pugna, elapsis annis, & ex illo per intervalla cum eisdem depugnantes, denuo ob simile sacrilegium in eos movere bellum, Lucio Scipione ducente exercitum: jam tum quidem Græcis, Macedonibúsque imperantes. Ferúntque finitimos ad hæc nefanda socios illis accessisse, verùm sua sponte nulla exhibita ope Scipioni eos reliquisse, Autariorum memoria ductos, qui per Illyrium omne concidissent: Scipionem verò Scordiscorum universos ferè deleviſſe: qui autem

à Celtis accepta.

Celtarum clades variæ sub Mario.

Delphicum templum.

Lucius Scipio.

è bello

è bello superfuerant, ad Istrum fluminisque insulas perveniſſe fuga: ipsum deinde cum Medis & Dardanis, sacri auri pactione corruptum, iciſſe fœdus, ex quo nonnulli Italorum monumentis suis prodidere, ob hanc potissimùm causam Romanos sæpenumero post Lucium usque ad monarchiam civilibus inter se concertasse bellis. Hæc igitur de Illyriis ac Græcis habita longioribus verbis à me perscripta sunt. Romani verò non hos duntaxat, sed Pæones ultra eos, nec non Rhetios, Noricos, & Mysios qui Europam incolunt, & quoscunque alios his finitimos, qui Istrum à dextra navigantibus sese offerunt, vicissim ut Hellenes à Græcis distinguunt, cósque propriis appellationibus separatim nominant: ceterùm communi vocabulo Illyrios omnes arbitrantur. Qua opinione à principio ducti, neutiquam adhuc in ea persistentes finem earum invenere nationum, sed ab Istri ortu usque ad mare Ponticum, quod sub tributo obtinent, Illyrici fines esse voluerunt. Quemadmodum autem sub imperium illos adegerint Romani, quum de Celtis scriberemus, præfati sumus minimè nos abundè cognovisse, neque bellorum principia aut occasiones percepisse. Eámque ob causam qui clarius Illyriorum res discernerent, ad scribendum hortati sumus: quæ autem nobis nota sunt, propalam efferemus. Agron Illyriorum partis rex fuit, ejus quæ circa Ionii maris sinum sita est: quam & Pyrrhus Epiri rex, & qui Pyrrho vicissim adhæserunt, olim tenuere. Idémque & Epiri partem quandam, & Corcyram ultra hanc, & Epidamnum, Pharúmque suscipiens, sub custodia detinuit. Reliquum autem Ionii quum adnavigaret, insula quædam, Essios nomine, ad Romanos defecit, & subinde legatos ad eos misit, accusationem eorum, quæ in Essios Agron commisisset deferentes. Illyrii navigantibus invecti, Essiorum oratorem, Calemporum nomine, necnon Romanorum, Coruncanium, ut quidam arbitrantur, interemerunt, reliqui seipsos neci tradiderunt: & ex hoc Romani navibus simul ac pedestri exercitu Illyrios aggressi feruntur. Agron infante filio superstite, cui Pine nomen fuit, diem obiit. Uxori verò regnum, quò filii curam assumeret, quanquam nec illius esset genitrix, servandum dereliquit. Demetrius, qui ex Agronis imperio Pharum obtinebat, Corcyra interim adepta, Romanis adnavigantibus, utranque ex proditione illis tradidit. Romani Epidamnum in amicitiam eorum pellexere, & Essiis Epidamnísque obsessis ab Illyriis, ad eorum opem exercitum misere. Quamobrem Illyrii obsidione dissoluta retrovertêre copias, & quidam ex ipsis, qui Atintani appellabantur, ad Romanos defecere. Interea Agronis uxor legatos suos Romam misit, & captivos transfugásque Roma-

Potissima civilium bellorum Romæ causa.

760

Agron rex.

Essios insula ad Romanos deficit.

Calemporus.

Coruncanius.

Eorum interitus.

Agronis interitus.

Agron uxori regnum tradit, Pinæ filio servandum.

Agronis uxor legatos

nis exhibens, veniam ab illis supplex postulavit, quasi hæc non ab ea, sed ab Agrone potius gesta essent. Romani Corcyram, Pharum, Essios, atque Epidamnum, postremò Illyrios qui Atintani appellantur sub eorum imperio cessisse retulerunt: Pinem, aliam Agronis regionem retinere, ac Romanorum societate uti posse, si à præmissis abstineat, nec ad Essium Illyrii præterquam duobus lembis, & his quidem inermibus, adnavigent: quæ omnia ab illis susceptа sunt. Et hæc prima Romanorum cum Illyriis prælia, fœderáque extitere. Post quæ Corcyram & Apolloniam libertate donaverunt. Demetrio quoque proditionis dedêre præmia, ob ea quæ contulisset: infidelitatem tamen aspernantes quæ paulo pòst ab eo prodiit. Romanis quippe per triennium circa Eridanum cum Celtis dimicantibus, Demetrius, veluti bello implicitos minus veritus, mare percurrit, & Istros Illyriorum nationem aliam sibi vendicavit: Atintanos etiam à Romanis deficere coëgit. Romani quam primum Celtarum res composuissent, subitò adnavigantes, prædatores intercepere, qui nuper cum Demetrio, ceteríque deficientibus Illyriis se conjunxerant. Demetrium porro ad Philippum Macedoniæ regem fugientem, atque iterum in patriam reversum, & Ionium classe depræ-dantem interemere, & Pharum ejus patriam cum illo conjurantem evertêre funditus, Illyriis ob Pinem denuo illos admittentem indulgentes. Sic secundò bella fœderáque cum Illyriis inita sunt. Residua verò à me neque tempore neque ordine magis omnia, per Illyriorum nationes, quemadmodum singula quæque reperi, descripta sunt. Romani Macedoniam bello invaserant, quum Perseus post Philippum ejus regno potiretur. Perseo Genthius Illyriorum rex alius, pecuniis invitatus, ad bellum socius accesserat, Illyriósque in Romanos concitarat, ac Romanorum legatos ad eum proficiscentes vinculis injecerat, causatus non legationis, sed explorandi occasione ad se venisse. Ob eam rem Anitius Romanorum prætor, nonnullas Genthii naves mari cepit, deinde in terram progressus, eundem bello superavit: & loco quodam conclusum, quum veniam deposceret, Romanis se dedere suasit. Ille ad consultandum tres dies postulavit. Quibus concessis, quum interim sibi subditi ad Anitium transirent, ut ad eum accedere posset exoravit. Ad quem delatus genu procumbens summa turpitudine pro seipso deprecatus est. Anitius trepidantem adhortatus, manu sustulit, & simul in convivio discumbere monitum, quum è triclinio discederet, à ministris in custodiam injici mandavit, quem Romæ deinde cum filiis in triumpho habuit. Genthii bellum diebus viginti consummatum fuit: septuaginta illius urbes Æ-

Illyrios Romam mittit.

Prima Romanorum cum Illyriis bella & fœdera.

Corcyra & Apollonia libertate donatæ.

Demetrius.

Ejus interitus.

Secunda Romanorum cum Illyriis bella & fœdera.

Perseus rex.

Genthius Illyriorum rex.

761

Ab Anitio victus.

milius Paulus qui Perseum regem bello superavit, & ad senatum misit, in hunc modum deprædatus est: Clanculum enim Romam profectus, & inde reversus, à senatu summa celeritate urbium incolis commissorum veniam concedere velle, allato omni quod haberent auro atque argento, pollicetur. Consentientibus ipsis exercitum ad unamquamque eorum urbium per partes intulit. Tandem universis exercituum ducibus, definita die, ad auroram per præconem urbes publicè discurrere, omnésque pecunias intra horarum trium spatium in forum deferri à civibus imperat: quibus allatis, reliqua omnia prædæ exposuit. Sic Paulus una hora septuaginta spoliavit urbes. Ardiei autem & Palarii, alia Illyriorum natio, Illyrium quod à Romanis tenebatur, invaserant: quibus Romani ob occupationes misèrè legatos qui illos deterrerent: non parentibus verò exercitum decem millium peditum, equitum sexcentùm destinant. Illi cognita re, nondum parati in bellum, legatos suos Romam mittunt, & veluti gestorum per eos pœniteret, veniam expostulant. Senatus damnorum impensam, quam indignè oppressis intulissent, persolvere illos jubet. Quum id quoque neglexissent, Fulvius Flaccus ingentibus copiis in eos proficiscitur. Prælium ad excursionem duntaxat usque finitum est: non enim exitum diligenter invenire potuerunt. Japodes intra Alpes incolentes, Sempronius, Tuditanus cognomine, & Tiberius Pandusius pugna superarunt, visúmque est illos ambobus paruisse. Pari modo & Segestani Lucio Cottæ ac Metello se dedere: verùm non multo post à Romanis discivere. Dalmatæ Illyriorum ab his diversa natio, Illyrios Romanis obsequentes invasere runt, & legatos Romanorum eam ob causam ad eos venientes minimè admiserunt. Quamobrem videntur Romani adversus illos sumpsisse arma, Marco Figulo consule ducente. At hi Figulo quamprimum inferente copias, custodias aggressi superarunt, eásque ab exercitu in campum pepulerunt, ita ut ad Naronem usque fluvium fuga pervenirent. Verùm iidem retrovertere gradum: jam enim instabat hyems. Figulus ratus eos inopinè aggredi posse, discurrentes undique ad ejus impetum ex oppidis offendens, in fugam vertit, donec ad urbem Delminium, à qua Dalmatarum nomen illis inditum, terga dare compulit. Quum nihil ex impetu adversus munitam urbem conari, neque machinas ob altitudinem adhibere posset, ad alias excursiones se convertit. destitutus omnibus & inhospitis, ob insultus in Delminium factos, ipse bicubitales sudes, pice ac sulphure stuppáque componens, ex catapultis in Delminium jacit, quæ ab impetu succensæ, & lampadarum vice per inane volitantes quæcunque attigissent

Una hora septuaginta urbes à Paulo Æmilio spoliatæ

Ardiei.

Palarii.

Fulvius Flaccus.

Japodes.

Sempronius Tuditanus.

Tiberius Pandusius.

Segestani.

L. Cotta.

Naro fluvius.

Delminium urbs.

sent igne corripiebant. Ita multa flammis absumuntur: cóque modo finis belli à Figulo Dalmatis imponitur. Sequenti tempore Cæcilius Metellus consulatum adeptus, nihil delinquentibus Dalmatis, triumphandi libidine, bellum ex decreto intulit, à quibus amicè susceptus, in Salone eorum urbe transegit hyemem: postremò Romam delatus, nulla ex causa triumphavit. Cæsare haud longè in Celtas ducente copias, Dalmatæ aliique Illyriorum populi prospere rem gessisse visi sunt, & Liburnis, quæ Illyriorum gens alia habetur, Promonam abstulere urbem. Liburni Romanis se dedentes, ad Cæsarem jam propinquum fuga pervenêre. Cæsar legatos ad illos misit, hortatúsque est ut qui Promonam susceptissent, Liburnis restituerent. Despicientibus illis mandata exequi, exercitum ingentem intulit, qui ab Illyriis oppressus est. Cæsar curis præpeditus instante Pompeianorum seditione, quum jam ad bellum inclinaret, nihil ulterius molitus est, verùm cum omni exercitu quanquam tempestate adversa, à Brundisio Ionium transmisit, cum Pompeio in Macedonia gesturus bellum. Reliquum exercitum Antonius in Macedoniam Cæsari perduxit. Ingenti deinde tempestate tenente Ionium, Gabinius cohortes peditum quinque supra decem, equites ter mille per Illyrium ad Cæsarem adducere tentabat: quos Illyrii timore eorum quæ paulo ante in Cæsarem egissent, quum victoriam ejus internecionem rebus suis allaturam arbitrarentur, Gabinio excepto, pauciscque cum illo fugientibus, ad unum interemere omnes, magnamque pecuniarum copiam ob hoc, spoliáque innumera obtinuere. Hæc Cæsar ob belli cum Pompeio necessitatem dissimulanter tulit. Devicto deinde Pompeio, quum reliquias seditionis hujus per partes persecutus esset, tandem compositis omnibus Romam rediit, expeditionémque in Getas, Parthósque præparavit. Veriti itaque Illyrii ne Cæsar ex itinere in eos insultaret, legatos Romam mittunt, qui actorum veniam deposcerent, sêque in amicitiam ejus societatémque dederent, Illyriorum gentem veluti bello inclytam verbis extollentes. Cæsar in Parthos profecturus, acerbius responsum reddidit: minimè amicorum loco habiturum eos qui talia in ipsum perpetrassent; indulgere autem velle si tributa contulissent, obsidésque dedissent. Utraque pollicentibus ipsis, Atinium cum tribus legionibus magnóque equitatu ad eos mittit, qui tributa quædam parva imponeret, obsidésque reciperet. Defuncto interim Cæsare, rati Romanorum res, ut in illo potissimùm vires habuissent, ita ejus morte penitus extinctum iri, Atinio ulterius parere recusarunt, neque tributa aut obsides conferre voluerunt. Grassante in eos quinque cohortibus Atinio, Illyrii in illum

Finis belli à Figulo Dalmatis impositus.

Cæcilius Metellus sine causa triumphat.

Promona, Liburnorum urbs.

762

Cæsaris exercitus ab Illyriis oppressus.

Altera Cæsaris clades ab Illyriis accepta sub Gabinio.

Illyriorum Romam legatio.

Atinius.

Bebii interitus.

illum conversi bello superarunt, ductorémque ordinis Bebium consularem virum interemerunt: Atinius cum residuis ex fuga Epidamnum sese contulit. Romanorum deinde senatus exercitum hujusmodi, & Macedoniam ultra ipsum, Illyriósque omnes, quibus imperabat, Marco Bruto, qui Cæsarem occidit, quemadmodum & Syriam Cassio, ejusdem necis conscio & participi, concessit. Sicillis adversus Antonium, Cæsarémque, Augustum cognomine, pu-

Pæones.

gnantibus, Illyrii nullo otio potiti sunt. Pæones verò, natio ingens, circa Istrum per longum incolens, ab Iapodum populis supra Dardanos protenditur. Hi Pæones à Græcis, à Romanis Pannonii appellantur: & ab illis, ut præmisimus, inter Illyrios annumerati sunt: de quibus nunc mihi Illyriorum res recensenti videtur disserendum. Glorioſi hi admodum ob Macedonum Agrianos, qui potissimùm Philippo, & Alexandro in bellis præstiterunt, quoniam & hi Pæones fuere, ex his qui inferiora incolunt, ab Illyriis coloni

Cornelius contra Pæonas exercitu ducto, turpiter rejectus.

editi. Ceterùm quum Cornelius adversus Pæones exercitum deducens, turpiter rejectus esset, ingens Pæonum fama universam formidine concussit Italiam: ac deinceps per longum tempus, qui consulatum apud Romanos gerebant, haudquaquam Pæones bello aggredi ausi sunt. Et hæc jampridem tam ingentia de Illyriis &

Italia Pæonas reformidat.

Pæonum populis scrutando reperi. In Cæsaris verò commentariis, ejus qui Augustus cognominatus est, nihil antiquius de Pæonum gente perscriptum legi. Aliàm quoque Illyriorum gentem, præter eam quam retuli, Romanis paruisse mihi visum est: verùm quæ ea sit haud intelligo. Non enim alienas res Augustus, sed proprias

Cæsaris Augusti commentarii.

conscripsit: quemadmodum ab imperio deficientes ad tributa redegit, & alias sub propriis legibus degentes bello superavit: postremò reliquas omnes quæ summitates Alpium incolunt, barbaras bellicosásque nationes per vim subdidit, quæ finitimæ Italiam furtim prædantur. Et profectò mirum mihi videtur, quum tam multæ magnæque Romanorum copiæ contra Celtas, & Iberos

763

Alpes pertransierint, eas nationes contempsisse: Cajum etiam Cæsarem feliciſſimum in bellis virum, pari modo eos neglexisse quum Celtas oppugnaret, & per decem ferè annos circa provinciam illam hybernasset. Ceterùm arbitror hos viros ad ea quæ elegissent properantes, de transitu Alpium duntaxat cogitasse. Cajus Cæsar circa Celticam moram ducens, & seditioni Pompeianæ, quæ hæc ipsa sibi assumeret, finem solùm apponere curavit. Videtur insuper & Illyrium, & Celtas simul eligens, non omnibus, sed his quæ ad Romanos pertinerent præfuisse. At verò Cæsar Au-

Cæsaris Augusti res gestæ

gustus universa adeptus, quum inter loquendum Antonii inertiam senatui explicasset, Illyriam gentem præ ceteris bellicosiſſimam,

mam, & eundem sæpenumero infestantem, mitem reddidisse: Oxeos, Perthenetas, Bathiates, Taulantios, Cambeos, Cinambros, Merromenos, atque Pyrilleos, omni experientia edita sibi subdidit. Majore insuper labore capti sunt, & ad tributa quæ solvere desierant, impulsi, Docleatæ, Carinii, Interfrurini, Narisii, Clintidiones atque Tauriſci. Quibus victis finitimi metu territi, Ippasini scilicet & Bessi se illi tradidere: deficientes verò Melitinos & Corcyræos, qui insulas incolunt, ingenti belli mole superavit, quoniam maria classe prædabantur. Et horum quidem impuberes Cæsar jussit interfici, reliquos pretio venundedit: Liburnis naves ademit, quoniam & hi pariter maria infestabant. Ex Iapodum gente, quæ intra Alpes habitat, Moentini & Edeatæ ipsi advenienti se ultro tradiderunt. Aurupini, qui plurimi & bellicosissimi ex Iapodum natione referuntur, ex villis ad urbem recesserunt; appropinquante quoque illo inter sylvas latuerunt. Cæsar capta urbe neutiquam ignem injici passus est, ratus eos se tandem illi esse dedituros. Quo facto urbem ut incolerent, omisit. Maximè autem inter omnes Cæsari impedimentum attulere Salassi & Iapodes qui ultra Alpes incolunt, Segestani, Dalmatæ, Daisii, Pæonésque qui Salassis sponte adhæserant. Hi vertices Alpium tenent: montes inaccessi, arcta semita ac difficilis ad eos ducit: quorum fiducia propriis degebant legibus, & vectigalia à transeuntibus poscebant. Hos Veterus inopinè aggressus, angusta locorum per insidias occupat, & per biennium obsessos tenuit. Illi salis inopia ducti quo maximè indigebant tandem admisere custodias. Postremò à Vetero deficientes munimenta dejecere, & angustiis locorum occupatis, qui à Cæsare ad ipsos mittebantur, irrisere, quum nihil magnum in eos conari possent. Ea ex causa Cæsar instante contra Antonium bello, suis legibus degere concessit: & qui Vetero insultassent veniam indulsit. Hæc omnia ad suspicionem vertentes ipsi, alias iterum urbes congregabant, & quæ Romanis parerent invadebant: donec Messala Corvinus, ut illos expugnaret à Cæsare præmissus, fame domuit: eóque modo Salassi in Romanorum cessere potestatem. Iapodes qui ultra Alpes incolunt, natio ferocissima, ac penè sylvestris, bis à se per annos ferè viginti Romanos repulere. Aquileiam quoque excurrêre, & Torgium Romanorum coloniam deprædati sunt. Insurgente in eos Cæsare per iter asperum atque adversum, adhuc magis contra eum irritabantur, nemora in oppositum illi præcidentes. Quum deinde ad aliam sylvam divertisset Cæsar, in fugam abeunt & appropinquanti struxere insidias. Cæsar id ipsum suspicatus, ad montium apices ex suis mittit, qui eos utraque ex parte aggrederentur. Submissius adventante illo, & sylvas excidente,

apud Illyrios.

Salassi.

Veterus.

Salassi à Vetero deficiunt.

Messala Corvinus Salassos fame domuit.

Iapodes.

Iapodes ex insidiis subitò apparuere, multósque affecere vulneribus. Verum major eorum pars ab his qui ex apicibus decurrerant interfecti sunt. Reliqui iterum ad sylvas reverturtur, urbem relinquentes, cui Terponus nomen fuit: eam interceptam Cæsar minimè cremavit, satis arbitratus pariter illos se esse dedituros ut fecere. Deinde ad aliam processit urbem, Metulium incolæ nuncupant, quæ Iapodum primaria habetur urbs. Sita est autem in monte nemoroso, duobus condita tumulis, quos vallis modica intersecat. Et juventus ad trium millium numerum armis animísque præpollens, Romanos circa mœnia pugnantes facilè ab illis repellebat. At hi aggerem erigentes à Metuliis hinc inde discurrentibus die noctúque vexabantur, & è muris machinarum ope, quas in bello acceperant, longius distare cogebantur. Nam ea pugna, quam 764 Brutus haud longè ab eo loco cum Antonio & Cæsare ipso simul habuit, machinas susceperant. Dissipantibus interim Romanis eorum mœnia, illi interius propugnacula alia struebant, & labore defessi in ea quæ construxerant saltu ferebantur. Romani recepto muro, qui ab illis relictus fuerat, igne succendunt: ad reliquum verò aggeres binos erigunt: à quibus pontes subinde quatuor ad mœnia struxere. Peractis omnibus Cæsar nonnullos ad adversam urbis partem ire jubet, ut cives ab invicem distraheret, reliquos ex suis per pontes ad mœnia accelerare admonet. Interim ab edita turri, quæ fierent intentus prospectabat. Barbari ascendentibus ipsis ex adverso per mœnia occurrunt. Ceteri à tergo insidias struentes, quum pontes longos lanceis appellerent, adhuc magis exultare incipiunt. Uno igitur ex pontibus, deinde alio pòst primum corruente, quum tertius in ruinam laberetur, timor omni ex parte Romanos occupat, nec ullus quartum pontem audebat ingredi. Cæsar igitur è turri eos increpare pergit. quum nec sic in bellum concitare posset, ipse clypeo assumpto per pontem cursu ferebatur. Accurrunt & cum eo ex ducibus Agrippa & Hieron Luciusque, ex corporis custodibus Iolas: quatuor hi soli ac scutiferorum nonnulli pontem occupant. Cæsare igitur pontem transeunte, rubore ducti milites confertim ad eum advolant. Qua ex causa prægravatus pons ad inferiora statim labitur, viríque invicem plurimi in terram corruunt, ex quibus nonnulli periere: alii fermè contritis membris efferuntur. Cæsar crus dextrum & utrunque brachium saucius, denuo turrim conscendit, consularibus quibusdam prosequentibus, ut ex fide se incolumem esse ostenderet, ne quis interim ex rumore mortis ejus tumultus oriretur, aut hostes illum terga vertere putarent, ac protinus alium exædificare jubet pontem: quæ res præcipuè Metulios exterruit, quum

Terponus urbs.

Metulium urbs.

Cæsaris Augusti fortitudo.

Cæsar sauciatus.

quum se adversus hominem animo penitus invictum bellum iniisse cernerent. Postridie itaque legatis ad eum missis, quingentos quos idem postularat, exhibuere obsides, & custodias admittere polliciti, altiorem ut custodirent reliquere tumulum: ipsi in alterum omnes secessêrunt. Quum custodes ad eos venientes arma deponere juberent, animo turbati, mulieres eorum atque filios intra senatus conclusere locum, & custodias simul admittentes, Romanis annuntiant, si quid insolitum erga eos moliri audeant, se locum illum incensuros, & cum desperatione pariter Romanos invasuros. Quibus dictis, ex inferiore loco quasi superiorem ascensuri in unum coëunt: tunc verò custodiæ senatus locum ultro incendunt. Plurimæ igitur mulierum se ipsas filiósque interemere: quædam natos vivos deferentes injecere igni. Sic omni Metuliorum juventute ferè in armis concidente, & inutilium majore parte igne conflagrante, civitas quoque incendio absumpta est, ita ut nullum tam ingentis urbis supersuerit vestigium. Devictis Metuliis, Iapodum reliqui timore ducti, se ipsos Cæsari dedere. Sic Iapodes, qui ultra Alpes incolunt, tunc primùm Romanorum tulere jugum. Recedente deinde Cæsare, Possenì ab illo defecerunt, quos Marcus Elbius ad eos missus bello domuit, & qui defectionis causa fuerant occidit, reliquos pretio venundedit. In Segestanorum igitur tellurem bis antea profecti Romani, neque obsides neque aliud quicquam ab illis abstulerant: qua ex causa Segestani majores spiritus sibi assumpserant. Cæsar per Pæonum tellurem, quum & hi nondum Romanis paruissent, in eos profectus est. Nemorosa quippe Pæonum regio est, & in longum ab Iapodum populis usque ad Dardanos protenditur. Pæones nullas urbes habent, agros duntaxat & villas per cognationes possident. Neque judicia communia illis adsunt: neque principes qui ceteris præsint. Ipsi centum millia virorum ætate ad bellum integra utique habebant, verùm imperio carentes minimè in unum congregabant. Appropinquante Cæsare, ad sylvas delati fuga, si quos ex Romanis palantes reperissent, occidebant. Cæsar quoad illos ad se venturos credidit, neque villas, neque agros eorum depopulatus est: non accedentibus, ignem omnibus immisit, & per continuos octo dies maximis affecit cladibus, quibus in Segestanorum & Pæonum regionem usque ad Savum fluvium est profectus. Hujus in ripa civitas latissimo fluvio, & ingenti fossa munita consident. Qua ex causa potissimùm Cæsar illam invasit, veluti belli horreum in Dacos, Bastarnásque, qui ultra Istrum incolunt, habiturus. Idem fluvius his in locis Danubius dicitur, nec multò deinde inferius elapsus uberioribus aquis pro

Cæsaris invictus animus Metulios terret.

Metuliorum legati ad Cæsarem.

Mulieres Metuliorum seipsas cum filiis interimunt.

Urbs Metuliorum incendio absumpta.

Iapodes Romanorum jugum ferunt

Possenì.

M. Elbius.

Segestani.

Pæones.

Savus fluvius.

765

Danubiò Istri nomen assumit. Savus autem Istrum influit. Erántque Cæsari naves eo in flumine, quæ commeatum exercitui per Danubium afferrent: ob id Cæsar Segestam urbem sibi assumpserat. Progrediente eo Segestani legatos destinant: quid facto opus sit ab eo exquirunt. Ille custodias accipere, & obsides centum afferre imperat, ut tutè eorum urbe, veluti horreo, adversus Dacos uti queat: frumenti insuper quantum ipsis liceat afferre. Hæc igitur primores exequi haud iniquum existimabant: populus contrà turbari cœpit, obsidésque contemnere, quoniam non ab ipsis forsan liberi sed à primoribus dandi essent. Accedente igitur custodia, aspectum ferre nequeuntes furibundo impetu advolant, portásque protinus occludunt, ac desuper è mœnibus iterum sese offerunt. Ea ex re Cæsar fluvium ponte conjunxit, vallum fossásque undique communit. Concluſis civibus intra urbem, aggeres binos erigit, ad quos Segestani sæpenumerò cursu ferebantur: sed quum aggeres invadere nequirent, faces, ignemque plurimum ex superiore loco jaciunt. Appropinquantibus ad eos subsidiis à Pæonum natione alia, Cæsar ex occursu insidias illis instruit: sic eorum pars interimitur, pars in fugam vertitur, nec ulla ulterius Pæonum ad Segestanos accessere subsidia. Segestani obsidionem omnem fortissimè perpessi, trigesima tandem die difficili pugna superantur: ac tum primùm supplicare didicere. Quorum virtutem Cæsar admiratus, nec non precum pietate motus neutiquam occidit, aut clade ulla conturbavit, sed pecunia mulctare contentus, in civitatis semota parte concluſit, & quinque supra viginti cohortes pro custodia urbis intulit. His peractis, Romam denuo in Illyrium rediturus abscessit. Fama deinde vulgante Segestanos custodiam quam in urbem recepissent, per vim interemisse, Cæsar quanquam hyemis tempore, cursu ad eos proficiscitur. Tandem rumorem falsò editum intelligens, veritatis causam subinde invenit: suos in periculo constitutos fuisse, Segestanis inopinè eos invadentibus, à quibus multi confestim interempti essent: verum sequenti die milites, cives invadentes, obtinuisse urbem. Quamobrem Cæsar copias in Dalmatas convertit, gentem Illyriorum aliam, & Taulantiis finitimam. Dalmatæ quidem ex quo sub Gabinio quinque cohortes interimentes signa ademerant, ob res prosperè gestas animis elati, per decem annos neutiquam deposuere arma, & advenienti Cæsari urbà cum Segestanis occurrere statuerant. Erant quippe bellicosissimorum millia duodecim & ultra, ducem quoque ipsis Versum nomine præfecerant. Ille Promonam Liburnorum urbem denuo invadens, vallo fossáque munierat, aliáque ex natura locorum munitissima occupárat:

Legati Segestanorum ad Cæsarem.

Segestani à Cæsare victi supplicare discunt.

Segestanos ut tractarit Cæsar, eorum virtutem admiratus.

Dalmatæ.

Versus dux.

Promona denuo invaditur.

parat: nam regio omnis montosa, collibus undique acutis, pinnarum in modum erectis, prominet. Major itaque eorum pars urbem insederat: custodias verò per colles in altum eminentes collocarunt, sic ut ab excelso Romanorum castra facilè respicerent. Cæsar propalam omnes muro sepire velle simulat, clanculum autem audaciores, qui aditus ad montium summa deferentes explorarent, emittit. Hi igitur per sylvas se occulentes, nocte custodias invadunt, & adhuc somno consopitas ferro cædunt, ac Cæsari finem itineris sibi adesse significant, ad expugnationem urbis majoribus copiis esse opus, & ex tumulis per vim captis alios supra alios emittunt, ad eos qui ulteriores colles occuparant. Confestim igitur turba ac trepidatio barbaros invadit, quum se omni ex parte circumventos esse intelligunt: maximè verò qui in tumulis steterant eminentioribus, ob aquæ indigentiam in primis formidantes, ne exitus undequaque clauderentur, in Promonam deferuntur. Cæsar urbem duósque assistentes colles, qui ab hostibus tenebantur adhuc, per quadraginta stadia muro sepsit: & interim Teutinum, alium Dalmatarum exercitum ducentem, ut his qui obsidebantur afferret opem, invadit, fusúmque per montes insequi pergit, & adhuc prospectante eo Promonam capit: nam quum munimentis nondum editis cives ab extra decurrissent, citróque repellerentur, Romani fugientibus illis se immiscentes urbem ingrediuntur, ac tertia civium parte deleta, reliqui in arcem fuga abeunt. Romanorum cohors interim ad portas eos observabat. His quum barbari quarta nocte invecti essent, cohors timore ducta portas dereliquit: verùm Cæsar hostium impetum confestim repulit, ac sequenti die se dedentes ultro cepit. Ex cohorte quòd custodiam reliquerat, sorte jacta decimum quemque morte mulctavit: ex turmarum ducibus binos, ex decem singulis imminuit: reliquos ea ætate hordeo, frumenti vice, cibari jussit. In hunc modum Promona capitur. Teutinus exercitum per montes fugientem in varias partes effuderat. Quamobrem Romani non longè illos insecuti sunt, divisionem eorum per tam multa loca, ob viárum inexperientiam, vestigiorúmque implicatam confusionem formidantes: nulla quippe itinera in unum copulant nemorum ingressus: & Dalmatæ Gabinio insidias struentes, per vallem profundam & in longum prodeuntem inter duos montes delituerant: quo in loco insidias Cæsari pariter instruxerant. Ceterùm ille itinerum concursus igne succendit, & per montium superiora præmisso exercitu, qui ab utraque parte ad eum properaret, iter per vallem arripit, sylvas undique præcidens, urbésque invadens, & quæcunque obvia in itinere igne corrumpens,

Teutinus dux.

Promona capta.

766

Cæsar cohortem decimat.

Setovia urbs obsessa. Setovia urbe obsessa, barbarorum manus ingens in auxilium advenerat: quibus obvius Cæsar urbem ingredi prohibuit. Eo in prælio lapide genu saucius, per multos dies æger jacuit. convalescens Romam ad consulatum rediit, cum Barbatio Tullo collega magistratum initurus, Statylium Taurum ad residua ejus belli dereliquit, mensis initio ingressus consulatum. Eamet die Antonio administratione præbita, ipse in Dalmatas iterum procurrit, triumviratum adhuc obtinens: jam enim secundi quinquennii tempus effluxerat: quem à se ipsis à principio invaserant, populus verò subinde confirmarat. Dalmatæ igitur fame fatigati, commeatu undique excluso, venienti Cæsari sponte obviant, seque illi suppliciter dedunt, obsides numero septingentos ex propriis filiis exhibent. Hos Cæsar Romanorum signa Gabinio adempta ferre monuit: tributa quoque quæ sub Cajo Cæsare olim poliiciti in id tempus distulissent persolvere imperavit: ita Romanis obsequentiores deinceps effecti sunt. Ea signa Cæsar in porticu quæ Octavia dicitur, appendit. Devictis Dalmatis, Derbani appropinquante Cæsare, veniam deprecari velle, obsides tradere, & tributa olim intermissa exsolvere confestim promisere. Igitur Cæsar propius ad illos venit: cui obsides juxta fœdus exhibuere, quos absenti ob valetudinem tradere, & fœdus firmare recusaverant. Videntur & hi postremò inducti à Cæsare, qui Illyriorum tellurem omnem quæ à Romanis defecerat, aut prius sub imperio neutiquam assueverat, ad obsequium redegit. Eam ob rem triumphus Illyrius à senatu Cæsari decretus est, quem post devictum tandem egit Antonium. Residui deinde Illyriorum habebuntur ante Pæones à Romanis, Rhetii: post Pæones Norici, Mysique, qui ad Euxinum pontum usque incolunt. Rhetios igitur & Noricos existimo Cajum Cæsarem quum adversus Celtas depugnaret, subegisse, aut Augustum Pæones quum aggrederetur bello superasse. In medio quippe amborum sedes habent. Nec ullum in Rhetios aut Noricos bellum gestum privatim reperi, quamobrem cum reliquis finitimis una devictos fuisse arbitror. Marcus enim Lucullus, Lucii Luculli frater qui Mithridatem debellavit, Mysiorum regionem excurit omnem, & usque ad fluvium cursum tenuit: quo in loco quatuor Græcorum urbes Mysiis finitimæ sitæ sunt, Istros videlicet, Dionysopolis, Odisus & Mesembria. Deinde Romam ex Gallia magnum illum Apollinem qui in palatio situs est adduxit. Nec ulterius quicquam à Romanis rempublicam regentibus contra Mysios actum fuisse, aut ad tributa redactos esse, aut ab Augusto gestum legisse memini: sed Tiberium, qui post Augustum

Barbatius Tullus. Statylius Taurus.

Cæsar sauciatus.

Dalmatæ Cæsari se dedunt.

Tributa Dalmatis imperata.

Derbani Cæsari se dedunt.

Triumphus Cæsaris de Illyriis.

Apollo ex Gallia Romam adductus.

imperâ-

imperavit, eos tenuisse. Verùm hæc à me ante Ægypti adeptionem à populo peracta suo loco perscripta sunt. Quæ verò post Ægyptum imperatores tenuerunt, aut bello vendicarunt, veluti propria ipsorum opera, post communia tandem diximus, quibus multa de Mysiis quoque continentur. Nunc autem ex quo Mysios, Illyrios Romani existimant, hic liber à me Illyriorum appellabitur, qui ut absolutus crederetur, præscribere visum est, Lucullum jam antea sub populo imperantem Mysios excurrisse, Tiberium verò sub monarchia illos recepisse. 767

Græcum exemplar, Lector, unde Illyrica transtulit interpres, nondum nacti sumus integrum: sed tantùm ejus fragmentum, quod & ipsum tibi exhibemus. Interea faciendum duximus ut saltem versionem interpretis, qualiscunque illa esset, adjiceremus. Tu lector utere, fruere, & nostris laboribus fave.

EX APPIANI HISTORIARUM LIBRO I.

Qui inscribitur, De Regibus Populi Rom.

EXCERPTA.

CVM Tarquinius Sabinos adversus populum Rom. concitaret, Claudius Regillo Sabinorum oppido oriundus, gentem in officio continuit, & quo minus fœderis leges violarent, obstitit. Cujus rei causa postmodum in judicium vocatus, Romam transfugit cum cognatis & amicis ac clientibus circiter quinquies mille. His omnibus locus ad habitandum in urbe, & ager, & civitatis jus à Romanis datum Claudius ipse qui adversus Sabinos egregiam operam navaverat, inter patres lectus, ac Tribus ex ejus nomine Claudia appellata est.

ΕΚ ΤΗΣ Γ'ΣΤΟΡΙΑΣ Α' ΠΠΙΑΝΟΥ̃,

Τῆς ἐπιγραφομένης βασιλικῆς,

ΕΚΛΟΓΑΙ.

ΟΤΙ Ταρκυίνιος Σαβίνους κ῾ Ρωμαίων ἐπέζιζε. Κλαύδιος ὁ ἀνὴρ Σαβῖνος ἐξ Ρηγίλλου πόλεως ὢν ικανὸς οὐκ ἦν τοὺς Σαβίνους παραπορθεῖν. ὡς κεκινημένου ἐπὶ τῷδε ἐφυγεν εἰς Ρωμην κ῾ συγγενῶν, κ῾ φίλων, κ῾ δούλων πεντακισχιλίων. οἷς πᾶσι Ρωμαῖοι χώραν ἐς οἰκίας ἔδοσαν, καὶ γῆν ἐς γεωργίαν, & πολίτας ἐθέντο. τ῾ ὁ Κλαύδιον κ῾ ἐς τὸ βελευτήριον κατέλεξαν ἀπὸ δικινύμενον ἔργα λαμπρὰ κ῾ τ῾ Σαβίνων. & φυλὴν ἐπώνυμον αὐτῷ κατέστησαν.

EX LIBRO II.

Qui inscribitur Italicus.

Captis Veiis cùm quædam portenta à Diis ostenderentur,

Ὅπου σημείων χρυσῶν ἐκ θεῶν ἀηδῶν κ῾ πρὸ βιαίας ἅλωσιν, εἰ μὴ-

Κλαύδιος ὁ῾ ἀνὴρ Σαβῖνος ἐξ Ρηγίλλα πόλεως] Sic emendavi, cùm in exemplari scriptum esset Ἡρεμίλλα Auctorem autem emendationis habui Dionysium Halicarn. lib. v. & Suetonium in Tiberio cujus hæc sunt verba *Patricia gens Claudia orta est ex Regillis oppido Sabinorum.*

Κεκτῆ-

οἱ μάντεις ἔλεγον ἀκληφθῆναί τινα τῶν ἱερείων. ὁ δὲ Καμιλλος ἀνέμνησεν ὅτι τῷ δεκάτῳ τῆς λείας ἀπηλαύετο τοῦ θεοῦ τοῦ χρήσαντος περὶ τῆς λίμνης ἐξαιρέσεως. ἢ μὴ σφῶν βάλῃ τὰς λαβούσας ὁπόσα ἐν τῇ Βείντῃ, ἀπείλουσι ἀποτιμήσεσθαι καθ' αὑτάς, ἔσωσι ὅρκῳ τὸ δέκατον εἰσενεγκεῖν. ὑπὸ δὴ εὐσεβείας σὺν ὤκνησε τὴν γῆν ἤδη πεπραμένην ὡς λαφύρα τὸ δέκατον ἀναθεῖναι. κρατῆρά τε ἀπὸ τούτου τοῦ χρημάτων ἐν Δελφοῖς ἔκειτο χρυσοῦν ἐπὶ χαλκῆς βάσεως ἐν τοῖς Ῥωμαίων καὶ Μασσαλιητῶν θησαυροῖς, μίγνυσι τὸ μὲν χρυσὸν Ὀνομάρχου ἐν τῷ Φωκικῷ πολέμῳ κατιχώσαντος, κεῖται δὲ ἡ βάσις. αὐτὸν δὴ Κάμιλλον ἐν τῷ δήμῳ τις ἰδίωκεν, ὡς αἴτιον γεγονότα τῇ πόλει φασμάτων καὶ περάτων χα-

consulti haruspices, piaculum commissum esse responderunt; & Camillus ad senatum retulit, decimam prædæ Apollini, qui de lacu Albano emittendo oraculum reddidisset, eximere se oblitum esse. Igitur Senatus decrevit, ut quicunque ex Veientana præda aliquid accepisset, sibimet ipse bona fide æstimaret, ac decimæ pretium partis in publicum deferret. Quin & ob religionem æstimata urbe & agro quasi & is prædæ nomine contineretur, decimam Apollini mittendam esse censuit. Ex ea pecunia conflatus crater aureus Delphos missus, qui super ænea base in Romanorum ac Massiliensium thesauro steterit, donec Onomarchus Phocici belli temporibus aurum conflavit, ceterùm basis etiamnum supereſt. Porrò Camillum haud multò pòst quidam ad populum accusavit, quasi auctorem piaculorum ac portentorum omnium quæ à

Diis

Κρατῆρά τε ἀπὸ τούτου τοῦ χρημάτων ἐν Δελφοῖς ἔκειτο χρυσοῦν ὅπῃ χαλκῆς βάσεως ἐν τοῖς Ῥωμαίων καὶ Μασσαλιητῶν θησαυροῖς] In templo Apollinis Delphici multæ erant ædiculæ similes earum, quas vulgo Cappellas dicimus, in quibus singulæ civitates sua separatim donaria collocabant. Hos θησαυροὺς Græci vocant, sic θησαυρὸς Κορινθίων Delphis fuisse memoratur ab Herodoto lib. 1. & Athenienſium, Lacedæmoniorum, aliorúmque thesauri recenſentur à Pausania in Phocicis. De his thesauris fortè loquitur Varro lib 6. de lingua Lat. cum ait. *Delphis in ade foramen ad latus est quoddam thesauri specie quod Graeci ὀμφαλὸν dixerunt* Similiter & Olympiæ in Elide thesauri fuerunt variarum civitatum, ut Sicyoniorum, Syracusanorum, Metapontinorum, teste Pausania in lib 2. Eliae qui hos thesauros οἰκοδομητοὺς fuisse dicit. Polemo autem in Helladico hos thesauros ναοὺς, seu ædiculas vocavit. sic enim ait teste Athenæo lib XI. Πολέμων οὖν περὶ τῶν ἐν Ὀλυμπίᾳ λέγων Μεταποντίνων ναοῦ γεγράφει ταῦτα. ναὸς Μεταποντίνων ἐν οἷ φιάλαι ἀργυραῖ ρλϚ. εἰσηχθαι ἀργυραῖ δύο ἀπὸ θυσιῶν ἀργυρᾶν. φιάλαι τρεῖς ὅπῃ χρυσοῦ ναὸς Βυζαντίων ἐν οἷ Τριπυλίοις ἔχων κρατῆρα ἀργυροῦν. Et in exemplari noſtro ſcribitur rectè Μασσαλιήτων. neque aliter Athenæus lib XI. ubi de phialis deſſerit. ἔτι γοῦν καὶ τῶν οὕτως Μασσαλιήτων. quod per τρητὸν fieri ſcribit Stephanus in αἰγίνη. ubi de terminatione in ήτης diſſerit. τὸ δὲ Βεργυλιήτης καὶ Μασσαλιήτης τὸ τραπῆναι.

Καὶ

Diis oſtenſa eſſent. At populus jampridem ei viro infenſus, ducentis millibus nummûm illum damnavit, nulla miſeratione vel ob id tactus quod paulò ante judicium orbatus filio erat. ac pecuniam quidem qua erat damnatus, amici contulerunt, ne corpus contumeliâ afficeretur. Ceterùm indignatus Camillus, Ardeam in exilium abiit, precatus ab Diis immortalibus idem quod Achilles olim precatus dicitur, ut deſiderium ſui aliquando civitati injicerent; quod quidem non multò pòſt conſecutus eſt. Cùm enim Galli urbem occupaſſent, populus Rom. ad Camillum confugit, eúmque rurſus Dictatorem creavit, ut in libro de Gallicis bellis narravimus.

M. Manlius, ſtirpis patriciæ, cùm urbem à Gallis ſervaſſet, magnis honoribus affectus fuerat. Idem poſtea cùm ſenem, qui multa ſtipendia fecerat, judicatum pecuniæ duci à creditore vidiſſet, agnitum numerata creditori pecunia ſtatim liberavit. Cujus rei cauſa cùm ab omnibus celebraretur, univerſis debitoribus

λεπῶν. καὶ ὁ δῆμος ἐκ πολλοῦ τ' ἀνδρα ἀποτρεφόμενος, ἐζημίωσε πεντήκοντα μυριάσιν, οὐκ ἐπικλασθείς, ἀλλ' ὅτι ὠφὴ τ' δίκης αὐτῷ παῖς ἐτεθνήκει. τὰ μὲν οὖν χρήματα οἱ φίλοι συνεισέφερον, ἵνα μὴ ὑβρισθείη τὸ σῶμα τοῦ Κεμίλλου. αὐτὸς δὲ βαρυθυμῶν ἐς τὴν Ἀρδεατῶν πόλιν μετῴκησεν, ἐυξάμενος τῶν Ἀχιλλέως ἐυχῶν, ἐπιποθήσειν Ῥωμαίους Κεμίλλου σὺν καιρῷ. καὶ ἀπλώτητος ἐν αὐτῷ καὶ τοῦτ' ὀλίγου ὕστερον. Κελτῶν γὰρ τὴν πόλιν καταλαβόντων, ὁ δῆμος ἐπὶ Κεμίλλου κατίφυγε, καὶ Δικτάτωρα αὖθις εἵλετο, ὡς ἂν τοῖς Κελτικοῖς πράξεσι συγγράψωμεν.

Ὅτι Μάρκος Μάλλιος ὑπατεύσας Κελτῶν ἐπελθόντων τῇ Ῥώμῃ, ζωντῶν ἐσώσατο, καὶ τιμὰς μεγίστων ἠξιώθη· ὕστερον δὲ πρὸς τῶν πολλάκις ἐστρατευμένων ἀγόμενον ἐς δουλείαν ὑπὸ χρεῶν δυναστῶν ἐλευθερώσας, ἀπέδωκε τὸ χρέος τοῖς αὐτοῖς. καὶ ἐπὶ τούτῳ εὐφημούμενος, πᾶσιν ἤφιει τοῖς ἑαυτοῦ χρήστας τὰ

ὀφλή-

Καὶ ὁ δῆμος ἐκ πολλοῦ τ' ἀνδρα ἀποτρεφόμενος, ἐζημίωσε πεντήκοντα μυριάσιν] Aliter Plutarchus in Camillo. ait enim, ὥρλε τῶν δίκων ἐρήμων τίμημα μυρίων καὶ πεντακισχιλίων ἀσσαρίων ἔχουσαν· ὁ γίνεται πρὸς ἀργυρίου λόγον χιλίας δραχμὰς καὶ πεντακοσίας. Cum Plutarcho conſentit Livius lib. 5.

Εὐξάμενος τ' Ἀχιλλέως ἔπος] Eadem ſententia utitur Plutarchus ἐυξάμενος οὖν ὥσπερ ὁ Ἀχιλλεὺς ἀρὰς δέεσθαι ὅτι τοὺς πολίτας καὶ μετανοεῖν, &c. Vota autem intelligit quæ Achilles facit apud Homerum Il. a matrem orans ut à Jove contendat, ut Trojanis auxiliari tantiſper velit, & Græcos in fugam vertere, quo Græci & ipſe Agamemnon præſentiam ſuam deſiderent. At quanto modeſtius Ariſtides Athenienſis, qui cum in exilium decennale ſuffragiis teſtarum miſſus eſſet. Deos immortales abiens precatus eſt, ne unquam in illud tempus incidérent cives ſui quo Ariſtidem deſideraturi eſſent· τ' ὃ πόλεως ἀπελαυνόμενος, inquit Plutarchus, ἠύξατο τοῖς ἀθανάτοις θεοῖς τοῦ Ἀχιλλέως μηδένα καιρὸν Ἀθηναίους καταλαβεῖν, ὃς ἀναγκάσει τ' δίκαιον Ἀριστείδου μνησθῆναι.

Ὅτι

ἀφλήμαπι. ἐξεῖναι ἢ τῇ δόξῃ καὶ ὑπὲρ ἄλλων ἀπεδείδυ. ἢ ταῖς δημοκοπίαις ἐπαιρόμενος εὐθὺς ἦν χρεῶν ἀπόκοπὰς καινάς. ἢ τὸν δῆμον ἤδιον τοῖς δανείσασιν ἀποδοῦναι τὰ γιγνόμενα ἐς τοῦτο ἀποδόμενον ἔτι ὄντα ἀνέμητον.

ΛΟΓΟΣ γ'.

Ὅτι οἱ Ῥωμαίων στρατηγοὶ Κορνήλιος ὁ Κοσσὶνος, καὶ Δέκιος δημότης Σαυνίτας νικήσαντες, ὑπολιπὸν Καμπανοῖς φύλακας ἐπὶ τὰς Σαυνιτῶν ἐπιδρομάς. οἱ δὲ φύλακες οἵδε Καμπανοῖς ἀθρόοι ὄντες ἐς πολυτέλειαν ὅσην κοινωνοῦντες ἐφθείροντο τὰς γνώμας, καὶ ἐφθόνουν ὧν ἔχουσιν ἀγαθῶν, αὐτοὶ πενόμενοι καὶ τὰ χρέα δεδιότες τὰ σὺν Ῥώμῃ. τέλος δὲ ἐπεβούλευον τοῖς ξένοις ἑαυτῶν ἀνελόντες ἑκάστοις τὰ ὑπάρχοντα, ἐς τὰς γυναῖκας ἐς γάμου παρασκευάζοντο. ἐς τάχα δὲ ἔπραξαν ἂν ἦρχον ὕστερον μόνοι, εἰ μὴ Μάμερκος ἕτερος Ῥωμαίων

suis pecuniam creditam donavit, atque accepto tulit. Inde ampliori gloria auctus, etiam pro alienis debitoribus satisfaciebat. Jamque populari aura elatus, novas tabulas populo ostentabat, aut certè agrum publicum, qui nondum erat divisus ut fœneratoribus in solutum darent, suadebat.

EX LIBRO III.

Qui Samniticus inscribitur.

Victis Samnitibus cùm Cornelius Cossus & Valerius Corvinus Consules, ac Tribunus militum Decius, Campanis præsidium militum adversus Samnitium excursiones reliquissent, milites præsidiarii cum Campanis luxu ac mollicie diffluentibus congressi, brevi corruptis mentibus invidere illorum tantæ felicitati ipsi inopes & fœnoris urbani assidua formidine anxii cœpêre; tandemque consilia inter se inierunt de occidendis hospitibus bonisque eorum occupandis, atque uxoribus sibi copulandis. Ac fortasse tam nefarium facinus patratum fuisset, nisi Mamercus, alter Consulum adver-

Ὅτι οἱ Ῥωμαίων στρατηγοὶ Κορνήλιος καὶ Κοσσὶνος, καὶ Δέκιος δημότης Σαυνίτας νικήσαντες] Tribunum militum interpretatus sum. P. enim Decius eo bello Tribunus militaris fuit, & egregiam operam navavit, & prope æqualem Coss. ipsis gloriam retulit ut refert Livius lib. 7. Ac δήμοτης quidem plebeium significare haud sum nescius: Decios etiam plebeios fuisse noram, vel ex illo Juvenalis versiculo.

Plebeia Deciorum anima-----

veruntamen quia ea interpretatio ac sententia nimis frigida videbatur, malui aliter interpretari.

Εἰ μὴ Μάμερκος, ἕτερος Ῥωμαίων στρατηγὸς ὅδε Σαυνίτας ἐδίωκον] Is C. Marcius Rutilus dicitur à T. Livio & in Fastis. Consul cum Servilio Ahala anno V. C. 411. sequente autem anno Consul fuit Æmilius Mamercus cum Plautio Vennone, sed ejus Mamerci, seu Mamercini nullæ partes in hac conjuratione fuerunt.

Ὅπως

adversus Samnitas iter faciens, id consilium illorum comperisset. Qui eam rem silentio dissimulans, alios quidem tanquam minus validos armis ademptis sacramento solvit: turbulentiores alios Romam per speciem alicujus negocii in commeatum misit simul cum Tribuno, cui occultè mandaverat eos ut in custodia retineret. sed utrique emanasse consilia sua suspicati, circa oppidum Terracinam à Tribuno discedunt, & solutis atque armatis ergastulis Romam versus, proficisci cœperunt ferè viginti hominum millia. Ab urbe ferè diei spatio cùm abessent, occurrit eis Valerius Corvinus, qui positis in Albano monte castris se continuit, quid facto opus esset circunspiciens, ac periculosum ratus cum hominibus desperatis congredi. Interim clàm utraque ex parte congressus fieri, flentibus ac gementibus ut inter amicos ac necessarios præsidiariis militibus: ac culpam quidem minimè diffitentibus, sed causam in æs alienum quo mersi Romæ essent referentibus. Quæ cum intellexisset Corvinus, ac tot civium sanguine manus cruentare cum pigeret, suasit Senatui ut æs alienum illorum hominum publice dissolveretur, exaggerando difficultatem belli: tot milites cum salutis desperatione ruentes in pugnam haud facilè superari posse; adhæc mutuos utrinque congressus ac colloquia se suspecta habere, ne fortè milites sui, quippe illorum necessarii, nec minus conquerentes de gravitate æris alieni parum sint constanti fide: porrò si ipse victus sit, graviora

στρατηγὸς ἐπὶ Σαυνίτας ὁδὸν ἴ-
μασε τὸ βούλευμα τ̃ φυλάκων, κ̀
ἐπικρύψας τὸς μ̀ αὐτ̃ ἐξαπέλυ-
κ̀ τοὺς στρατιώτας ἀφεῖκε· εἰς κώ-
μην κάτας· τὸς δ̀ πονηροτέρους σκέ-
λασεν εἰς Ρώμην ἐπί τινι χρείαι
ἐπιτάξας, χιλιάρχόν τε αὐτοῖς συ-
ἐπεμψεν, ὡ̃ εἴρητο ἀφανῶς αὐτοὺς
φυλάσσειν. ἐκπέμψαι δ̀ ὑποπτεύσ
μεμηνύσθαι, κ̀ τὸν Ταιφάκιλλον
ἀφίσταντά τε ἔ χιλιάρχε, ἐ τὰς
ἐπὶ τ̃ ἔργων ἐν τοῖς ἀγροῖς διάμε-
νους ἀκλύσαντας κ̀ ὁπλίσαντας ὡς
ἐδυώκοντο, ἤλαυνον εἰς Ρώμην, ὁ-
μοῦ δισμύριοι γεγόνότες. ἐτῶν δ̀ αὐ-
τῶν ὁδὸν ἡμέρας μιᾶς ἀπέχοντα
ὑπαὶ τὴν Κορβίωνα, κ̀ παρεγγυ-
πεδάσαντες ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς Αλ-
βανῶν ὄρεμει, σκοπῶν τὸ ἐ-
γὸν ἔτι, κ̀ μέγα ἀγωνιῶντα ἀπ-
γνωσόμενος· οἱ δ̀ ἐπιμιγνύ-
μενοι ἀλλήλοις κρυφα, κ̀ ἐδυρμοὶ ἐ ὀ-
κρυα τ̃ φυλάκων ἦν, ὡς ἐν εἰκότι
κ̀ φίλοις, ἀμφοτέρων μ̀ ὁμοίως
τῶν δ̀ αἰτίαν εἰς τὰ χρέα φε-
ρόντων τὰ ἐν Ρώμῃ. ἐπ̀ ὁ Κορβί-
νος ἐμφανὸς ἦν, ἐ ὁκῶν αὐξε-
σθαι πολιτικῶς κ̀ τοσούτου φόβου,
σωσιβούλευε τῇ βουλῇ τὰ χρέα τῶν
ἀνδρῶν μεθεῖναι. τοῦ τε πολέμου
ἐξαίρων ἐπὶ μέγα, εἰ πανδὶ ἀ-
δρῶν δύναιτο κρατῆσαι μαχόμε-
νος ἐξ ὑποψίας, ἐ τὰς σωμάτας αὐ-
τῶν κ̀ ἐπιμιξίας ἐν ὑποπτίᾳ τιθέ-
μενος, μὴ ἀσθ' ὁ ἰδίος αὐτὸς ἐρω-
τὸς ἐς πάντα ἦ πίστις, ἀπ συγγέ-
νεις ὄντες ὁκείων καὶ ἀχ ἧσσον αὐ-
τῶν αἰτιώμενοι τὰ χρέα. σφαλῆναι
δ̀ κινδυνώδη ἔφη ἐᾶν μείζονα,

κ̀ τὸν

ἐν τῷ νίκῃ εἰ κρατήσειαν ἀτυχεστάτῃ ἔσεσθαι τῇ πόλει καθ' οἰκείαν τοιανδε. οἷς ἡ βουλὴ πεισθεῖσα τὰς μὲν τ' χρεῶν ἀπόκοπας ἐψηφίσατο πᾶσι Ῥωμαίοις, τοῖς δὲ τότε ἐχθροῖς καὶ ἀδείαν. εἰ μὲ δή τε ὅπλα ἀποθέμενοι κατήεσιν ἐς τὴν πόλιν.

Ὅτι Μάλλιος Τορκουατος ὁ ὑπατος τοιοῦτος ὢν τὸν ἀρετὴν. τούτῳ πατὴρ γεγόνει μικρολόγος καὶ ἀμελὴς ἐς αὐτόν. καὶ ἐν ἀγροῖς αὐτὸν εἶχε μετ' τῶν θεραπόντων ἐργαζόμενον τε καὶ τετραμμένον. χρώμενόν τε αὐτὸν ἐπὶ πολλοῖς ἀδικήμασι Πομπώνιος δημάρχου, ἐ μέλλοντος ἐρεῖν τι καὶ περὶ τ' ἐς τὸν παῖδα κακώσεως, ὁ παῖς ὁδε Μάλλιος ἦκεν ἐπικρύπτων ξιφίδιον ἐς τὴν οἰκίαν ἔτι δημάρχου, καὶ τυχὼν ἠξίωσεν αὐτὸν μόνον, ὡς δή τι λέξων χρήσιμον ἐς τὸν δίκλω. ὑποδεχθεὶς δὲ ἐ λίαν δεχόμενος ἐπέκλεισε τὰς θύρας. καὶ τὸ ξίφος ἐπιπάσσεσθαι ἠπείλῃ τῷ δημάρχῳ κτεῖναι αὐτὸν, εἰ μὴ ὀμοσεῖεν ὅτι λύσει τῷ πατρὶ τὸν δίκλω. ἐ ὁ μὲ ὤμοσαν, ἐ διέλυσεν, ὑπεμένετο τῷ δήμῳ τὸ συμβάν. ὁ δὲ Μάλλιος ἐξ ἐκείνου λαμπρὸς ἦν, ἐπαινούμενος ὅτι τοιοσδε ἐς τοιόνδε πατέρα ἐγένητο.

Ὅτι μετὰ τὸ ναυάγιον ὁ Πύῤῥος ὁ βασιλεὺς τῶν Ἠπείρου ἐς τὸν Τάραντα κατῆλθε. καὶ οἱ Ταραντῖνοι τότε μάλιστα τὰς βασιλικὰς ἐσαμιοῦντο ἐστιατορίας πανδοκεῖα, ἐ φανερῶς συνοικίζοντες τοῖς αὐτῶν γυναιξὶ καὶ παισίν. ὡς ὃ καὶ discrimina imminere; sin vicerit, luctuosam Reipublicæ tot civibus sublatis victoriam fore. His inductus Senatus, universis civibus novas tabulas, defectoribus verò veniam concessit, qui mox positis armis urbem ingressi sunt.

Ejusmodi virtus in Manlio Torquato Consule fuit. Patrem hic habuerat nimis parcum ac duriorem erga se: à quo rus ablegatus rustico opere fatigabatur eodem cultu victúque ac ceteri servi. Cui cùm Pomponius Tribunus plebis diem ad populum dixisset, atque inter cetera crimina id esset objecturus, quod filium juvenem indignissimè tractaret, Manlius adolescens pugionem sub veste tegens, in domum Pomponii venit, petiitque ut remotis arbitris cum eo agere sibi liceret, quasi quidpiam instruendæ aut confirmandæ accusationi dicturus esset, Admissus cùm sermonem inchoaret, januam occlusit, strictóque pugione, mortem Tribuno præsentem interminatus est, nisi se ab patris accusatione destiturum juraret. Ita Pomponius jurare compulsus, accusationem instituram deseruit, causámque populo exposuit. At juveni Manlio ea res magno honori fuit, quod talem se erga ejusmodi patrem præstitisset.

Post naufragium Pyrrhus Epirotarum Rex Tarenti portum tenuit. At Tarentinis tum maximè molesti ac graves Regis aulici fuêre, qui in ædes ipsorum per vim immigrarent, & matres familias liberósque eorum palàm contrectarent. Postquam

verò Pyrrhus sodalitates ac ceteros eorum cœtus & oblectamenta utpote flagrante bello haudquaquam decora sustulit, & gymnasia exercendæ armis juventuti constituit, pœnâ capitis adversus infrequentes propositâ; tum verò quasi insolito opere atque imperio penitùs attriti Tarentini, ex urbe, ac si aliena, in agros fugêre. Exinde Rex occlusis portis custodes apposuit. At Tarentini imprudentiam suam tum apertissimè perspexerunt.

Milites Romani, qui pro salute & custodia Rheginorum adversus hostium excursiones præsidium agebant, simul cum Præfecto Decio, cùm in felicitatem oppidanorum cupiditatis oculos conjecissent, observato solenni festo quo publicè omnes epulabantur, eos interfecerunt, uxorésque eorum invitas sibi copularunt. Causam autem sceleris sui hanc prætendebant, quod Rhegini præsidium Pyrrho prodere voluissent. Ac Decius quidem repentè ex præfecto tyrannus evasit, & cum Mamertinis qui ad Siculum fretum habitant, societatem percussit, qui quidem & ipsi nuper pari scelere adversus hospites suos usi erant. Ceterùm gravi oculorum dolore correptus Decius, cùm Rheginorum medicis diffideret, Medicum quendam ex urbe Messana accersivit, qui jampridem Regio Mes-

τὰ συσσίτια σφῶν ὁ Πύρρος ἔλυσε καὶ τὰς ἄλλας συνόδους καὶ ἀμφιτελεῖς καὶ περιπόλους πολέμου θέλοντος, γυμνάσιά τε ἐποιήσατο αὐτοῖς, καὶ θάνατον τοῖς ἀμελήσουσιν ὥρισε, τότε δὴ καὶ παμπόνηρον ἀνθρώπων ἔργον ἐπιτάγμασι καμνόντως οἱ Ταραντῖνοι, τῆς πόλεως ὡς αἰχμαλώτου ἐν τοῖς ἀγροῖς ἀπεδιδράσκον. καὶ ὁ βασιλεὺς τὰς θύρας ἀπέκλεισε, καὶ φρουροὺς ἐφίστη. τηνικαῦτα δὴ οἱ Ταραντῖνοι τὴν ἀβουλίαν σφῶν ἠσθάνοντο σαφῶς.

